

Joan. 13.

Puritas Apostolica, ex qua ad sacram Eucharistiam.

ac pueri, ut colligitur ex ipsis verbis Christi Joan. 13. n. 10. Et vos mundi estis sed non omnes; sciebat enim, quisnam esset, qui traheret eum: Proprieta dixit; non estis mundi omnes. Si ergo omnes erant in gratia, & omnes erant sancti; excepto Juda, ad quid eorum pedes lavantur? Tanta mundities, ac puritas requiritur ad hoc coeleste convivium, ut etiam, ipsa sanctitas, ac puritas Apostolica videbatur exigua; & quod magis, ac magis purificari, ac sanctificari debeat; magna erat sanctitas Petri, magna puritas Joannis, magna innocentia Jacobi, magna integritas Andreae, Thomae, Simonis, & aliorum; tamen ut divini pabuli particeps fierent, judicavit Aeterna Sapientia Christi Domini, quod magis ac magis debebant lavari, mundari, ac purificari.

QUESTIO XXVII.

Quare animabus Sanctorum Martyrum dicitur, ut requiescant, & expectent modicum tempus, secundum sensum literalem?

244. Tanta est oblectatio beatorum, ut omne tempus videatur instans.

Modicum tempus dicitur totum hoc spatium temporis usque ad finem mundi, ac diem iudicii; nam omne tempus hujus saeculi breve, ac modicum est, per respectum ad aeternitatem. Psalm. 89. numero 4. Et mille anni, ante oculos tuos, tanquam dies hesternae, quae praeteriit. Vel modicum, quia tantum est gaudium, ac oblectamentum beatorum in visione Dei, ut omne tempus eis videatur ita breve, ut momentum, & instans, Caeius Pannon. Quia breve est, ait, omne tempus vita beatis instans, & momentum, ob delectationem summam, quae in Deo est. Cum animae Martyrum essent in beatitudine, in hac consideratione omne tempus eis erat modicum.

245. Quiescent animae beatitudinis.

Quaestio inquit, quomodo dicitur sanctis animabus, ut requiescant? Ipsi postulabant vindictam de suo sanguine; Usquequo non vindicas sanguinem nostrum? Datae sunt eis stolae albae; & dictum est eis; ut requiescant; ipsa nempe data est stola beatitudinis, visionis, ac fruitionis Dei; una enim quaeque res acquiescit in suo centro, ac sine confecturo; centrum, ac finis animae nostrae est ipsa visio Dei, in qua maxime conquiscebat anima, ut in summo bono clarè visio, & mirificè degustato, in quo est omnis oblectatio; delectatio, ac jucunditas, de quo dicitur Pl. 4. In pace in idipsum dormi, & requiesca.

Psalm. 4. 246. Alcazar.

Unde non audiendus est Alcazar, explicans; ut requiescant à visione vindictae de Judaeis; nam hic non agitur de ipsa vindicta, quae jam praecesserat per Romanos; sed ut requiescant in visione Dei, ac pace operatissima, Unde primatio est, ut quiete beatitudinis perfruatur, & illa sunt contenti; Secundario verò dicitur, donec completo numero Martyrum accipiant, ut explicat Rupertus, secundam stolam; beatitudinem scilicet suorum corporum, quam operant Beati, non solum appetitu innato, sed etiam licito; & ut etiam ipsorum hostes accipiant commertam punitionem, Et hoc bene

Beati quavis corporum appetit glorificationem, nullam in quietudinem habent.

colligitur ex text. quia primario dicitur ut requiescant; secundario verò innuitur eorum expectatio: Donec compleantur seroi eorum. Et quamvis beati optent suorum corporum gloriam, non tamen inde aliquam inquietudinem patiuntur; quia eorum affectus maxime conformatur cum voluntate divina.

Tandem rem hanc sic explicat Magn. August. 11. de Sanct. Tali modo, ait, loquitur Deus omnipotens sanctis, velut quilibet Pater familias habens multos filios, singulisque de agro revertentibus, & rogantibus, ut cibum sibi tribuat; respondet. Refectio quidem vestra parata est; sed expectate fratres vestros, ut cum in unum positi fueritis, omnes in commune comedatis. Stola alba est beatitudo animae, quae datur beatis in patria; qui adhuc magnis precibus flagrant secundam stolam, beatitudinem scilicet corporum; & tamen dicitur illis ut requiescant modicum, donec compleantur conservi eorum: cur tamen eorum corporum beatitudo differtur usquequò numerus eorum compleatur? In hoc se habet Deus, tanquam Paterfamilias, multos habens filios; non sinit eorum quosdam mensis accumbere, donec omnes conveniant, ut ex omni filiorum, ac consanguineorum aspectu gaudium in singulis augmentatum capiat; sic etiam Deus, qui animabus beatorum felicitatem contulit; corporibus tamen dare distulit, usque in ultimum diem Iudicii, quando omnium simul beatorum corporibus donabit; ut ex omnium aspectu in singulis gaudium crearet.

257. D. August.

Gloria data omnibus electis, gaudium singulis est.

QUESTIO XXVIII.

Quare cum Deus citò exaudiat orationes justorum; tamen sanctis Martyribus clamantibus dicitur, ut requiescant, & expectent modicum; quod moraliter xpenditur?

Clamant sancti voce magna: Domine, non judicas; & non vindicas sanguinem nostrum? Diciturque est illis: ut requiescerent adhuc modicum tempus. Ad quid clamat, si tempus erat immaturum, & improprium, ut exaudirentur? Clamant, ut suam sollicitudinem manifestent, sed bonus Iudex differt usque ad conveniens tempus; o magna energia clamoris Justorum tam efficax: ut eorum vox, ac oratio, ut quodammodo Deum cogat tempus anteverrere, & ultionem anticipare: & idè si res petita, ultio expectata, tantisper differenda sit, necessarium veluti est, ut clamores reprimantur, ac requiescant; nam si clamant; quidquid petierint, impetrabunt: se patat Pharaon contra populum Israeliticum a potestate, suis ministris, suisque exercitiis, ac equitibus armatis: Persuadebat sibi barbarus Rex quod nullum auxilium posset prevalere contra eum, clamant Israelitae ad eum, qui ait: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto; & clamorem ejus audivi, descendit, ut berem eum. Exod. 3. num. 7. Qui clamores sic

248. Clamor justorum tam efficax, ut veluti Deum cogat.

Et J.

Lypoman.

249.

Deus differt, ut multiplicet beneficia.

Prov. 31.

D. Bernard.

Isai 61. Sustinet longa patientia, multiplicat beneficia.

250. Matth. 1.

Genes. 38. Qui cum multa patientia sustinet, multiplicat. D. Chrysol.

251. D. Gregor.

D. Bernard.

praevalerunt, ut totam potentiam Regis, exercitumque ejus destruerent, ac submergerent, ut rectè Lypomanus ibi: Clamat in caelum pauperum oppressio, & à Deo dissimulari non potest. Quae vera maxime expendenda sunt ad intentum.

Secundò dicitur Sanctis Martyribus, ut requiescant adhuc modicum tempus. Ubinam est magna Dei liberalitas, ac magnificentia, quando singulis illorum animalibus dederint singulas stolas, & modicum jusserit sustinere? An domestici mulieris fortis meliorem sortem adepti sunt, quam Dei domestici? Illi enim Proverb. 31. num. 21. Vestiti sunt duplicibus. Quomodo ergo unicuique servorum Dei una tantum datur stola? singulis servorum Dei, ac domesticis ejus, singulae tantum dantur stolae: tamen eis dicitur, quod adhuc modicum tempus sustineant, si velint duplicibus exornari: duplicata bona longam patientiam, ac sufferentiam requirunt; D. Bernard. ferm. 3. in festo omnium Sanctorum: Acceperunt jam singulas stolas, sed non vestierunt duplicibus, donec vestiamur & nos. Expectent ergo modicum ipsi spiritus, domestici Dei, ut in regeneratione duplicibus illustrati appareant; de quo ait. Isai. 61. numero 7. In terra duplicia possidebunt. Job post amissa omnia sua bona, sedebat in sterquilinio; longa patientia, ac expectatione sustinet; Quid inde factum est? ut omnia sua duplicata reciperet: Et addidit Dominus omnia, quae nunque fuerant Job, duplicia. Job. 42. numero 10.

Quod optime confirmat illud, quod scribit D. Marth. 1. num. 3. Judas autem genuit Phares, & Zamar de Thamar; Una Thamar in tota generatione, duplici prole insignita scribitur; illa enim una fuit, quae multa patientia longa sustinuit viduitatem; nam juxta legem antiquam debebat Thamar secundus filius Judae in maritum, post primum mortuum; ei dixit focer ejus, quod tantisper vidua federet in domo Patris sui; donec crederet ejus maritus: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Genes. 38. num. 11. Quod cum illa fecisset, & videret focerum promissi oblitum; redit ad expectans; & quòd magis expectabat, tantò festinantiùs disponebatur, & ibat ad duplicata munera. D. Chrysolomus in Catech. 2. Et vid. ns. Judam, ait, non velle implere promissa, mansuete vult; non eligens aliorum conjugia; sed amans viduitatem, & tempus congruum expectans: festinabat enim, ut filios procrearet ex focero.

Tertiò, Divus Gregorius lib. 2. Moral. cap. 4. sic hunc locum expendit: Respondere eis, (scilicet animabus) est, ut collectionem fratrum expectare debeant, eorum mentibus libenter expectandi moras infundere, ut cum carnis resurrectionem appetant, etiam colligendorum fratrum augmento gratulentur. Luculentius Divus Bernardus fermone 3. in festo omnium Sanctorum: Anima sancte quas Deus propria insignivit imagine, te desiderant; quas redemit proprio sanguine, ut expectant; & ipsarum sine te laetitia compleri, perfici gloria, consummari beatitudo, non potest. Dicit illis animabus sanctorum Martyrum, ut requiescant, donec compleantur conservi eorum; illae sanctae animae tam vehementer aliorum desiderant consortium, ac beatitudi-

nem, ac facilè sustineant dilationem gloriae suorum corporum, cum tamen fratrum suorum consortio perfruatur; tanta enim justitiae charitate, ac amore ununtur inter se, ut benepaciantur animae beatae gloriam suorum corporum differri, dummodo & alii glorificentur; nam etsi in via, multa charitate inter se conneckerentur, multò fortius, & altius hæc in patria manet, & perseverat. Praclare pergit Divus Bernardus citat. Adeo siquidem, ait, viget in eis desiderium hoc naturae, ut nec dum tota earum affectio liberè pergat in Deum, sed contrahatur quodammodo, & rugam faciat, dum inclinatur desiderio sui; sine macula enim sunt, sed non sine ruga. Cum multa elegantia, ac exaggeratione loquitur Sanctus, & ejus sententias singulatim expendere, refugit mens, ne venustati earum aliquid detraham.

Jacebat mendicus Lazarus ad januam divitis Avari, vulneribus plenus: Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahae. Luc. 16. num. 22. Valde mirum, mendicus Lazarus morbis, doloribus, rerumque inopia, ac penuria, maxime vexatus, cum defunctus esset, asportatur in sinum Abrahae; cur non potius dicitur, asportari in caelum, in limbum; vel potius, ut sederet cum Abrahamo, seu ut esset juxta illum, Divus Chrysolomus: Asportatur, ait, non juxta Abrahamum, sed in sinum Abrahae, ut illum palparet, ut illum resocillaret, ut illum quasi clementissimus teneret in sinu suo, & recrearet. Hac phrasit utitur Scriptura, in sinum Abrahae, ut denotaretur, quod ab eo excipiebatur paterna beneficentia, multaque benignitate, ac benevolentia recreabatur. Sed cur hæc teneritudo non impenditur potius ab Isaac, & Jacob, in illorumque sinum dicitur asportari, sed tantum in sinum Abrahae? Abrahamus, cum in vivis esset, peregrinos, pauperes, & oppressos sub tentorio suo excipiebat; Hinc etiam in caestri beatitudinis fungitur suo dispensatoris officio, eximiam beneficentiam, ac benevolentiam largè exhibens; parum se Abrahamus reputaret beatum, si in ipsa superna curia, hospitalitatis non fungatur officio. Divus Chrysolomus ferm. 12. Et revera, ait, parum se Abrahamus beatum credidit in ipsa superna gloria, si ab hospitalitatis cessaret officio.

Cum Rex Joram injustè, ac iniquè ageret contra legem Dei: Allatae sunt ei literae ab Elia Propheta; in quibus scriptum erat: Hec dixit Dominus Deus David Patris tui; quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui, & in viis Asa Regis Juda, & fornicari fecisti Judam; & habitatores Jerusalem: Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, &c. 2. Paralip. 21. num. 12. & 13. Literae hæc allatae sunt à magno Parente Elia; post raptum ejus certo loco, in quo constitutus fuit à Deo, ministerio Angelorum, ut ex traditione Rabbiorum, docent ibi Lyranus; Malueda lib. 9. cap. 2. Gaspar Sanchez in 4. Reg. cap. 2. numero 25. Si Elias translatus erat ja ex hoc saeculo, ut potius ipse mittit literas ad Joram, quàm ad Abraham, Isaac, & Jacob; qui capita populi erant; vel cur non etiam ad Davidem, qui Princeps Regum erat Sanctus Elias extitit magnus Dei zelator, dum esset in saeculo, qui reges, ut Achab, & Ochosiam frequenter arguit, &

Beati pro charitate aliorum glorificationem desiderant.

D. Bern.

Luc. 16.

D. Chryl.

Affectus charitatis justorum, qui fuit in via manet in patria.

D. Chryl.

253.

1. Par. 23.

reprehendit: eisque ob eorum peccata, multa mala denuntiavit; ut dicitur Ecclesiast. 48. n. 6. Qui deiecit reges ad perniciem. Inde ipse translatus ab hoc saeculo, & in altero Dei providentia constitutus, spiritum non admittit, sed eundem fervorem zeli retinet, reges inceptat, & objugat, eisque mala futura pronuntiat. Glosa moralis: Elias fuit magnus Zelator legis divinae per litteras ipsius contra Ioram scriptas significatur Scripturae veteris, ac Novi Testamenti, que clamant contra malitiam Apostatae religionis, & fidei.

254. Et contra verò spiritus nequam perseverat in damnatis ad suam nequitiam; cum ille dives avarus esset in tormentis, Abraham rogabat; Rogo te, pater, mitte Lazarum in domum Patris mei; habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum; & ait illi Abraham: habent Moysen, & Prophetas, audiunt illos. At ille dixit: Non, Pater Abraham: sed si quis ex mortuis jerit ad eos. Luc. 16. num. 28. Vita excesserat, & in tormentis erat; & adhuc affectus erga fratres suos retinebat; Amor terrenus, & carnalis, qui in eo viguit, dum viveret, adhuc post mortem retinebatur, & tanto conatu, ac affectu, quod cum Abrahamus jubeat, quiesceret ab illa solitudine, soltendens, abundanter provisum esse pro fratribus suis, ne in infernum venirent, adhuc ille instat, & replicat: Non, Pater Abraham. Sic tam vehementer carnali affectui adhererebat; cum solitus esset, ut omnia ei ex votis venirent, omniaque ei obtemperarent. Divus Gregorius Nissenus lib. de Anima, & resurrectione: Deus autem, ait, tanquam visco cuidam carnali vita, etiam post mortem, adhuc adhereret, adhuc ei cura caro, & sanguis erat. Expende illud: tanquam visco cuidam.

Luc. 16. Affectus carnalis post mortem adhuc araro, ut viscum.

Nygen.

Apoc. 6. n. 12. Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum; & ecce terramotus magnus factus est, & sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus; & luna facta est tota sicut sanguis.

Num. 13. Et stellae de caelo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno movetur.

VERSIONES.

Syrus. Et cum aperuisset illud sigillum sextum, & sanguis multus factus est, & sol factus est niger, sicut saccus pilorum.

Arabicus. Factus est niger, tanquam cilicium setosum.

D. Cyprian. Et luna tota sanguinea facta est. D. Prosper. Ita est.

Syrus. 13. Et cometæ ceciderunt. Aretas. Et stellae caeli ceciderunt.

Tertullian. Et stellae quidem de caelo adversus. Hermagen. quae valido commota vento acerba sua amittit.

Arabicus. Tanquam ficus, quae labuntur, stante vento rapido.

S. Prosper. Et modo quo ficus amittit acerbos fructus suos, cum vento valido agitur.

EXPOSITIO VIII.



I vidi, cum aperuisset sigillum sextum. Hoc sigillum pertinet ad universale mundi curriculum; in finem ipsius mundi cursus continet, & quae ad ipsum finem pertinent, explirat. Describuntur signa extremi iudicii: & Ecce terra motus magnus factus est. Iste terrae motus erat totius orbis, non verò unius, vel alterius tantum Provinciae, ut alii ordinarii terrae morus. Sol factus est niger. Non ex aliqua immutatione nubium facta in medio, scilicet aëre, sed ex mutatione facta in ipso corpore Solis, & Lunae; ait Christus, Luc. 22. Erunt signa in Sole, & Luna: ergo in ipsismet fiet mutatio, Tanquam saccus cilicinus, qui niger est ex nigris pilis, & fetis contextus. Et Luna tota facta est, sicut sanguis. Ita enim fieri solet, cum defectu luminis Sol obscuratur.

255.

Luc. 12.

Et Stellae de caelo ceciderunt: per Stellae multi interpretantur cometas; seu ut verius explicavi tom. 4. in Evangel. cap. 50. quaestione 6. numero 42. Stellae caeli obscurabuntur, ut videantur hominibus à caelo cecidisse. Sicut ficus emittit grossos suos. Tum comparatione explicat grossos suos, nempe jam maturos; emittit, seu amittit, seu abjicit. Cum ergo huiusmodi non ad maturitatem perveniunt, facillimè ventris agitati in terram decutiuntur, qua comparatione utitur Isai. 34. num. 4 De quo ibi D. Hieronymus.

256.

QUESTIO XXIX.

Quenam sit materia, ac subjectum huius sigilli.

PRIMO Aretas hæc refert ad prodigia facta in morte Christi; tunc enim, Sol, & Luna obscurata sunt; & concussa est terra magno terrae motu. Secundò Ambr. Rupertus hæc referunt ad Judæorum reprobationem, & excidium per Titum; sicut quae sequuntur, ad lætissimam vocationem gentium, quod latè explicat Perceira. Ad hanc sententiam accedit Alcazar, qui hæc sexto sigillo existimat significari minas horribiles, qm...

257.

Ambros. Rupert.

quibus Deus voluit præmonere Judæos ante excidium.

At utraque hæc sententia minimè placet: nam prodigia in morte Christi jam præterita erant: sicut etiam præteritum erat excidium Hierosolymitanum, cum minis, quæ ipsibus præcesserunt. Liber autem Apocalypsis est liber propheticus de futuris; deinde in hoc sensu non potest accommodari, quod dicitur vers. 15 de regibus, principibus, & tribunis. Qui enim fuerant Reges terræ, & Principes; qui sive propter prodigia in morte Christi, sive propter signa excidii Hierosolymitani, sive propter ipsum excidium, absconderunt se in speluncis, & in petris montium, & quis ex illa gente agnovit, ea se pati ob Agnum offensum, quem lupum semper crediderunt?

258. Resurantes superiores sententia.

259. Aureol. Lyrani.

260. Vera sententia.

Matth. 14.

Luc. 29.

Tertia sententia est Aureoli, & Lyrani, qui hæc explicant de persecutione Diocletiani quæ fuit immanissima; & quamvis hæc expositio rem explicet de futuris, nullam habet probabilitatem, nec nullam penè ex verbis sacri textus verificationem in ea etiam valde latè, ac moralissimè.

Quarta, & communis cæterorum Doctorum sententia est, quod hæc pertinent ad prodigia circa diem iudicii; quod ex eo persuadetur, quia in ea omnia conveniunt cum divina prophetia prædicta à Christo Domino Matth. 24. à numero 15. Nam hic dicitur: Sed factus est niger: Illic: Sed obscurabitur; hic: Luna facta est sicut sanguis. Illic: Luna non dabit lumen suum; hic: Stella de caelo cadent; hic & illic; deinde hic dicitur: Calam recessit sicut liber involutus. Illic: Virtutes colorum omnium eruntur; hic: Montes cadite super nos; sic & illic. Luc. 23. num. 3.

Et valde recto ordine omnia se habent; nam supra posita sunt curricula quatuor eorum, quibus ad finem mundi est deveniendum; & tunc introducit clamor sanctorum Martyrum vindictam expostulantium; & statim proponuntur hæc prodigia, quæ ex parte ostendunt illam ultionem de iis, qui sunt in terra, quam martyres postulabant.

261.

262. Sex signa ante iudicium.

263. Prima sententia.

QUESTIO XXX.

De tempore, quo huiusmodi iudicii signa evenient.

SEX signa universalis iudicii hic apparent in hoc sigillo. Primò terræ motus magnus: Secundò Sol niger: Tertio Luna ut sanguis: Quarto Stellae cadentes: Quintò recessus totius caeli ambitus, veluti liber involutus: Sextò montium, ac insularum commotio magna. Quæstio præsens inquirat, an hæc signa successivè evenient, ac de tempore quo contingent?

Primam sententiam tenent gravissimi Patres D. Chrysostomus, Divus Hieronymus in c. 24. Matth. & etiam Eusebius Emilsen, qui omnes locent hæc prodigia fore post generalem resurrectionem in ipso Domini adventu; fundantur in eo, quia Matth. 24. num. 29. post commemorata ista signa immediatè subdit Dominus;

Et tunc apparebit signum filii hominis in caelo; & tunc plangent omnes tribus terre; nam videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli. At hæc sententia communiter displicet omnibus aliis Doctoribus; nam illa signa facta sunt à Deo, ut homines resipiscant, & poenitentiam agant; ita monet Chrylost. citato loco num. 33. Et vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia prope est in januis.

D. Ch. yf.

Secunda sententia, quam tenent aliqui Auctores affirmat, quod hæc prodigia facienda sunt ante Antichristum. Probatur, quia in mundo post Antichristum erit summa pax, & quies; ergo portenta, quæ hic annuntiantur, erunt antea; Consequencia est clara; Antecedens probatur; quia Matth. 24. num. 38. & Luc. 17. num. 26. Matth. 14. Luc. 17. Ubi Christus expresse prædicit, suum adventum fore subito, & insperatum hominibus, sicut in diebus Noë, Ante diluvium erant homines comedentes, & bibentes, nubentes, & impudenter tradentes: Ergo tunc ante iudicium non erunt hæc signa; nam quando hæc evenient, dicitur: arescentibus hominibus præ timore; homines sub his signis erunt in multo timore, & tremore, & non in gaudio. Confirmatur; quia de extremo illo die ait Christus. Luc. 21. n. 35; Superveniet in vos repentina dies illa, tanquam latro, superveniet in omnes, qui sedent super faciem universæ terre.

264. Secunda sententia.

Matth. 14. Luc. 17.

Luc. 21.

Tertia sententia est, quod hæc signa futura sint, non ante, sed post Antichristum demortuum; Ita Suar. tom. 2. ad 3. part. quaest. one 59. disp. 56. sect. 3. & alii, nam postquam Christus Dominus egit de abominatione Antichristi, subdit immediatè hæc signa, & ait Matth. 24. num. 29. Statim post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. R beira hic; hæc signa inceptura post tribulationem dierum illorum; non absolutam omnino, & terminatam, sed inchoatam tribulationem illam.

265. Tertia sententia. Suar.

Matth. 14.

Fibz.

Quarta ultima, ac vera sententia affirmat, hæc signa ante Antichristum inchoanda, complenda tamen post Antichristum, & tunc futura plura, & maiora. Ita Cornelius, & etiam Ferrarius, & alii: & probatur Primò, quia Joannes hæc signa ponit in sexto sigillo, quod jam pertinet ad Antichristum; deinde quia hoc est valde solemne divinae providentiæ, ut ad maximas elades multa det signa: sic diluvium per centum annos veluit denuntiari à Noë; & per quadraginta dies antecedentes ad diluvium, Rupti sunt omnes fontes abyssi magna, & Catacrae caeli aperta sunt. Genes. 7. num. 11. Vastationem Hierosolymæ, & aliarum Judææ urbium futuram per Chaldæos, per multas annorum decadas, prænuntiari fecit à Prophetis; Isai, Jeremia, Osee, Joële: & aliis. Ultimam sub Tito ipse Dominus multò ante prædixit, & dicit multa signa in ipso per plures annos, ad indicandam; ergo ad cladem orbis idem institutum.

266. Vera sententia.

Cornelius, Ferrarius.

Genes. 7. Ante magnas elades Deus dat multa signa.

Sicque multa signa erunt ante orbis excidium; Antequam adveniat Antichristus, inunabit in orbe impietas, ac iniquitas; idèoque inc aliqua signa erunt, verbi gratia, insolitæ terræ motus, maris fremitus, & Eclipses Solis, & Lunæ, ut homines pertimeant, & resipiscant; ex quibus consequenter fames, bella, & silentia pullulabunt, ut prædixit Christus Dominus

267.